

ad tantam mortuorum stragem evitanda; Cum primò venit propheta, erat David inquinatus, & pollutus peccato ex vanitate numerati populi; & ideo ineptus ad sacrificium faciendum: unde nec verbum de hoc cum eo habet Propheta: At verò modò David totus penitentià compunctus erat, lacrimis profusus pro Peccato Deum exorans: Ego sum, qui peccavi, ego inique es: ita ut pro suo populo se morti offerret, & ut David se lacrimis mandavit, ac virtute ita exornavit, ut totam pœnam in se postulari converteri, ut populus ab ea immunis evaderet, jam ad altare admittitur, dignusque judicatur, ut sacrificium Deo valeat offerre D. Ambrosius Apolog. 1. cap. 7. sic ait: Quam illud etiam admirabile quod Angelo ferenti plebem obtulit! Hoc factò, statim digni sacrificio judicatus est: Ante penitentiam improprietatus, post illam maximè habilis inventus ad umbram Eucharistici Agni: Statim sacrificio dignus judicatus est.

Ait Anima Sancta Cantic. 2. n. 3. Sub umbra illius quem desideraveram sedi, & fincus ejus dulcis gutturi meo: Arabicus Concupivi umbram umbra illius, cujus fructus dulcissimus est ejus palato. Hic fructus dulcissimus, Sacra Eucharistia est, quia Christus omnium bonorum fons nos pascit, ac nutrit, ut interpretantur Aponius, D. Bernardus serm. 48, Rupert. Carthusianus & D. Gregorius lib. 33. Moralium cap. 3. Et in hoc maximè notandum, quod prius postulat umbram sui dilectissimi Sponsi, sub qua sedeat, & tunc ejus fructus omnem suavitatem, ac dulcedinem transfundit in gustum, tamen antecederet postulat umbram illius; pro quo audiendus est citatus D. Gregorius. Sub umbra illius, quem desideraveram sedi: ac si dicat; ab actu d' ficut desideriorum carnalium: sub adventu ejus protectione requievi. Umbra significat Gratiã, seu protectionem divinam: Cum ergo pia anima æstuarit cupiditatibus desideriorum carnalium, hos maximè postulat divina gratia in se extingui, ac eradicari; & hoc sedens cum perseverantia, ac constantia, ut ita dulcedinem, ac saporem Eucharistici fructus valeat percipere, ac gustare.

Ait Isaias 55. n. 1 Omnes sitientes venite ad aquas; & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite: Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac. Septuaginta pro lac legunt adipem; & ita juxta eos dicendum: Vinum, & adipem: Quod D. Hieronymus, Cirillus, Procopius, Hæctor Pintus, Leo à Castro, de Sacra Eucharistia interpretantur. Hebræi adipem vocant, quod in qualibet re est excellentissimum, ac perfectissimum, ac si in ordine gratiæ hoc divinissimum Sacramentum sit perfectissimum, ac excellentissimum: Inde

mirabile est id quod ait Propheta: Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione. Cum ergo tam excellens sit, quomodo comparandum, ac habendum, fide, nempe, ac devotione, & magna preparatione; Sic scribit Eusebius Emisenus homil. 5. & ait: Verè mica, & perfectia hostia, fide asserenda, non specie, nec exteriori censenda visu sed interiori affectu. Vel dicitur: Absque argento & commutatione ulla: quia omnis noster affectus, devotio, ac dispositio parum, ac nihil est ad tantum Sacramentum accipiendum, & gustandum.

Vidit Joannes in sua Apocalypsi c. 4. Deum sedentem in solio majestatis. Et Iris erat in circuitu sedis; Et in circuitu sedis scilicet viginti quatuor, & super thronos viginti quatuor seniores, sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea, n. 4. Et etiam juxta thronum stabant quatuor animalia, & requiem non habebant diu, ac nocte, dicentia, Sanctus, Sanctus, &c. n. 8. Et cum hæc animalia Dei laudes intonarent: Procedebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viventem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum: n. 10. Ex quo insurgit magna difficultas, si animalia in nullo instanti cessabant à laudibus Dei intonandis Requiem non habebant diu, ac nocte. Et seniores tunc se prosternebant ante thronum mittentes coronas suas; quoniam tempore visi sunt, eas in capite habere, ac sedere super thronos; Sedens in solio, christus D. est; ut exponunt Haymo, Ansbert. Inde dicam: Iris in circuitu ejus: Hoc est Christus in Sacramento Altaris specierum nubes velatus; Cumque ob tanti sacramenti majestatem seniores seipfos seruos, ac famulos illius protestarentur, procumbunt, missis coronis ante ejus conspectum: Inde meritò coronæ, throni, ac regalia indumenta, de illis astruuntur, ac publicantur. Servitutis protectio ergo sacram Eucharistian, quædam præclarissimæ celsitudinis notio manifesta est.

Inde gravissimè delinquent, maximèque contra se divinam justitiam provocant, qui ad Eucharisticam mensam indignè accedunt. Narrans Apostolus Petrus pœnam infligendam Judæ, ob nefanda ejus scelera, ait de ipso: Sensus crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera ejus, Actor. 18. Deus iratus ultione contra Judam procedens, cur potius à supremo Deo viscera, quàm manus supplicio multentur? Verum est, quod Judæ manus, Jesum unigenitum filium Dei pecunia accepta, in postestatem inimicorum tradiderunt; sed viscera indigne sumere super omnia crimina puniuntur.

CAPUT VII.

OSTR hæc autem ambulabat Jesus in Galilæam, non enim volebat in Judæam ambulare, quia quærebant eum Judæi interficere. 2. Erat autem in proximo dies festus Judæorum, Szenopegia 3. Dixerunt autem ad eum fratres ejus, transi hinc, & vade in Judæam, ut & discipuli tui videant opera tua quæ facis. 4. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse: si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. 5. Neque enim fratres ejus credebant in eum. 6. Dicit ergo eis Jesus, tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum. 7. Non potest mundus odisse vos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quod opera ejus mala sunt. 8. Vos ascendite ad diem hunc, ego autem nondum ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. 9. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. 10. Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc & ipse ascendit ad diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto. 11. Judæi ergo quærebant eum in die festo & dicebant, Ubi est ille? 12. Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, quia bonus est. Alij autem dicebant: Non, sed seducit turbas. 13. Nemo autem palam loquebatur de illo propter metum Judæorum. 14. Jam autem die festo medianter ascendit Jesus in templum & docebat. 15. Et mirabantur Judæi, dicentes: Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. 16. Respondit eis Jesus, & dixit: Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me. 17. Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscat de doctrina, utrum ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. 18. Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus qui misit eum, hic verax est, & injustitia in illo non est. 19. Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? quid me quæritis interficere? 20. Respondit turba, & dixit, Dæmoniū habes. Quis te quærit interficere? 21. Respondit Jesus, & dixit eis, Unum opus feci, & omnes miramini. 22. Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patribus, & in Sabbatho circumciditis hominem. 23. Si circumcisionem accipit homo in Sabbatho, ut non solvatur lex Moysi: mihi indignamini, quia totum hominem sanum feci in Sabbatho? 24. nolite judicare secundum faciem: sed justum judicium judicate. 15. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymis. Nonne hic est quem quærent interficere? 26. Et ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt Nunquid verè cognoverit principes quia hic est Christus? 27. Sed hunc scimus unde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit unde sit. 28. Clamabat ergo Jesus in templo docens, & dicens: & mesitis & unde scitis, & à me ipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. 29. Ego scio eum, quia ab ipso sum, & ipse me misit. 30. Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora ejus: 31. de turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant: Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit; 32. audierunt Pharisei turbam murmurantem de illo hæc, & miserunt Principes Sacerdotum & Pharisei ministros ut apprehenderent eum. 33. Dixit ergo eis Jesus: adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum, qui me misit. 34. Quæretis me, & non invenientis, & ubi ego sum, vos non potestis venire. 35. Dixerunt ergo Judæi ad semetipsos: Quò hic iturus est, quia non invenimus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes? 36. Quis est hic sermo què dixit. Quæretis me, & non invenientis: & ubi sum ego vos non potestis venire? 37. in novissimo autem die magno festivitatis stabat Jesus, & clamabat, dicens: Si quis sitit veniat ad me, & bibat. 38. Qui credit in me sicut dicit Scriptura: flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. 39. Hoc autè dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum, nondum enim erat Spiritus Sanctus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus, 40. ex illa ergo turba cum audissent hos sermones ejus, dicebant: hic est verè Propheta. 41. Alij dicebant hic est Christus. Quidam autem dicebant: Nunquid de Galilæa venit Christus? 42. Nonne Scriptura dicit, quia ex femine David, & Bethlehem castello

Preparatio virtutum ad Eucharisticum Agnum.

D. Ambrosius

53. Cantic. 2. Arabic.

Aponius, D. Bernardus, Rupertus, Carthusianus, D. Gregor.

Ab actu carnalium se vult expedire, ut ad mensam accedat.

Itai. 55.

Septuaginta

D. Hieron., D. Cyrill., Procopius, Hæctor, Pistus, Leo à Castro.

Emisenus,

55. Apoc. 4

Haymo, Ansbert.

Servitus Christo in Eucharistia regnare est.

56.

Christum in Eucharistia indignè sumere super omnia crimina puniuntur.

ubi erat David, venit Christus? 43. Dissensio itaque facta est in turba propter eum. 44. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. 45. Venerunt ergo ministri ad Pontifices, & Pharisæos, & dixerunt eis illi: Quare non adduxistis illum? 46. Responderunt ministri: nunquam sic loquutus est homo sicut hic homo loquitur. 47. Responderunt ergo eis Pharisæi: Nunquid & vos seducti estis? 48. Nunquid ex Principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? 49. Sed turba hæc quæ non novit legem maledicti sunt. 50. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui unus erat ex ipsis. 51. Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso, & cognoverit quid faciat? 52. Responderunt & dixerunt ei: Nunquid & tu Galilæus es? scrutare scripturas, & vide quia in Galilæa propheta non surrexit. 53. Et reversi sunt unusquisque in domum suam.

*** Tertio, Vers. 32. Pharisæi volentes occidere Christum, mittunt

ARGUMENTUM
cum Remissionibus.

Primo, Vers. 1. Christus à Galilæa ascendit Jerusalem ad festum Seeuropegæ, quod explicavi tom. 4. cap. 14.
Secundo, Vers. 12. Murmurantibus de se Judæis, respondit Jesus se esse missum à Patre ut doceret, & agros curaret; quod etiam explicavi eodem c. 14. à 9. 5.

fatellites ad eum comprehendendum, qui auditâ Christi doctrinâ, & admirati, revertuntur dicentes: Nunquam sic locutus est homo, de quo dixi eodem c. 14. à 9. 11
Quarto, Vers. 50. Nicodemus lesum defendens à Pharisæis arguitur tanquã Galilæus, & amicus, ac fautor Jesu. de quo eodem cap. 14. à quæst. 17.

CAPUT VIII.

JESUS autem perrexit in montem Oliveti: 2. & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. 3. Adducunt autem Scribæ, & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam, & stant eam in medio, 4. & dixerunt ei: Magister hæc mulier modo deprehensa est in adulterio, 5. in lege autem Moyses mandavit nobis hujusmodi lapidare, Tu ergo quid dicis? 6. Hoc autem dicebant tentantes eum, ut possent accusare eum: Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. 7. Cum ergo perseverarent interrogantes eum: erexit se & dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. 8. Et iterum se inclinans scribebat in terra. 9. Audientes autem hæc unus post unum exibant, incipientes à senioribus, & remansit solus Jesus, & mulier in medio stans. 10. Erigens autem se Jesus, dixit ei, Mulier ubi sunt, qui te accusabant? nemo te condemnavit? 11. quæ dixit, nemo Domine. Dixit autem: Nec ego te condemnabo. Vade, & jam amplius noli peccare. 12. Iterum ergo locutus est eis Jesus, dicens: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris: sed habebit lumen vitæ. 13. Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tude te ipso testimonium perhibes, testimonium perhibeo de me ipso, verum est testimonium meum, quia scio unde veni, & quo vado: vos autem nescitis unde venio, aut quò vado. 15. Vos secundum carnem judicatis: ego non judico quemquam. 16. Et si judico ego, judicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego, & qui misit me, Pater. 17. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. 18. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me, Pater. 19. Dicebant ergo ei: Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus, neque me scitis, neque Patrem meum: si me sciretis, forsitan, & Patrem meum sciretis. 20. Hæc verba locutus est Jesus in gazophylacio,

cio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora ejus. 21. Dixit ergo iterum eis Jesus: ego vado, & quæretis me, & in peccato vestro moriemini; quò ego vado, vos non potestis venire. 22. Dicebant ergo Judæi: nunquid interficiet semetipsum, quia dicit: quò ego vado, vos non potestis venire? 23. & dicebat eis: vos de deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis; ego non sum de hoc mundo. 24. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris: si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. 25. Dicebant ergo ei: Tu quis es? dixit eis Jesus: Principium qui & loquor vobis. 26. Multa habeo de vobis loqui & judicare, sed qui me misit verax est: & ego, quæ audivi ab eo, hæc loquor in mundo. 27. Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum. 28. Dixit ergo eis Jesus: Cum exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. 29. & qui me misit, mecum est, & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. 30. Hæc illo loquente multi crediderunt in eum. 31. Dicebat ergo Jesus ad eos qui crediderunt ei Judæos: si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis, 32. & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. 33. Responderunt ei: Semen Abraham sumus, & nemini servivimus unquam; 34. quomodo tu dicis, liberi eritis? Respondit eis Jesus, Amen, amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, servus est peccati. 35. Servus autem non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. 36. Si ergo vos filius liberaverit, verè liberi eritis. 37. Scio quia filij Abraham estis, sed quæritis me interficere, quia sermo meus non cadit in vobis. 38. Ego quod vidi apud Patrem loquor, & vos quæ vidistis apud patrem vestrum facitis. 39. Responderunt & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Jesus: Si filij Abraham estis, opera Abraham facite. 40. Nuncautem quæritis me interficere hominè: qui veritatem vobis locutus sum, quam audivi à Deo: hoc Abraham non fecit. 41. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaque ei: Nos ex fornicatione non sumus nati, unum Patrem habemus Deum. 42. Dixit ergo eis Jesus, si Deus Pater vester esset, diligeretis utique me: ego enim ex deo processi, & veni, neque enim à me ipso veni, sed ille me misit. 43. Quare loquelam meam, non cognoscitis, quia non potestis audire sermonem meum. 44. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia non est veritas in eo, cum loquitur mendacium, ex propriis, loquitur, quia mendax est, & pater ejus. 45. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. 46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? 47. qui ex deo est, verba dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. 48. Responderunt ergo Judæi, & dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? 49. Respondit Jesus: ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum, & vos inhonorastis me. 50. Ego autem non quæro gloriam meam, est qui quærat, & judicet. 51. Amen, amen dico vobis, si quis sermonem meum servaverit, mortem non videbit in æternum. 52. Dixerunt ergo Judæi: Nunc cognovimus quia dæmonium habes; Abraham mortuus est & propheta, & tu dicis, si quis sermonem meum servaverit, non gustabit mortem in æternum. 53. Nunquid tu major es Patre nostro Abraham, qui mortuus est? & prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis? 54. Respondit Jesus, si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est, est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia deus vester est, 55. & non cognovistis eum, ego autem novi eum. Et si dixerò quia non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem ejus servo. 56. Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, vidit, & gavisus est. 57. Dixerunt ergo Judæi ad eum: quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? 58. Dixit eis Jesus, amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. 59. Tulerunt ergo lapides, ut jacerent in eum, Jesus autem abscondit se, & exivit de templo,

ARGUMENTUM
cum Remissionibus.

Primo, Vers. 1. Jesus adulteram à Scri-

bis accusatam absolvit. Quod explicavi tom. 4. cap. 15.

Secundo, Vers. 12. Affirmat se esse lucem mundi; ac Judæos nisi in ipsū credant esse in peccatis